Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mors est impij dicit dnis deus
et nõ quercatur animis suis.
et viuat. Si aũ auerterit se
iustus a iustitia sua. et fecerit
iniquitatem secũdũ omnes
abhominaciões quas operatus
est impius. numquid viuet.
Omnis iustitie eius quas fecerat
non recordabuntur. In pre
uaricatione qua preuaricatus
est. et in peccato suo q̃d peccauit.
in ipsis morietur. Et dixistis
non est equa via dñi. Audi
te domus israel. Numquid in
me non est equa. et nõ magis
iniquae uiae vestre sunt. Cũ auer
auerterit se iustus a iustitia
sua. et fecerit iniquitatem in
ipsis morietur in eis. in iustitia sua
quã operatus est morietur.
Et cum auerterit se impius ab
iniquitate sua quã operatus
est. et fecerit iudicium et iustitiam.
hic animam suam viuificabit
Considerans enim et auertens se
ab omnibus iniquitatibus suis.
quas operatus est, vita viuet
et nõ morietur. Dicit dominus
BR. Saluũ fac seruũ tuũ deus
meus sperantem in te. Qui ab omnibus pace
dñe ordinem meum S. Johanne
Illo t. Erat dies festus
iudeorum. et ascendit ihs iero
solymam. Est aũ iero solyma
piscina. que hebraice cognomi
natur hebraice bethsaida. quinque
porticus habens. In his iacebat
multitudo magna languen
tium. cecorum. claudorum. aridorum.
expectantium aque motum
Angelus aũ domini secũdũ tpus
descendebat in piscinam. et
mouebatur aqua. et qui prius
descendisset post
modũ in aquam. sanus fiebat
aqua cuiuscũque tenebatur infirmi
tate. Erat aũ quidam homo
ibi. triginta et octo annos habens
infirmitate sua. Hunc in
disset ihs iacentem. et cognouisset
quia multũ iam tpis haberet.
dicit ei. Vis sanus fieri. Re
spondit ei languidus. Domine.
hominem nõ habeo. ut cũ turbata fuerit
aqua. mittat me in
piscinã. Dum venio enim ego.
alius ante me descendit. Dicit
ei ihs. Surge tolle grabatum
tuũ. et ambula. Et statim sa
nus factus est homo. et sustul
grabatum suum. et ambulabat
Erat aũ sabbatum in illo die.
Dicebant ergo iudei illi qui
sanus fuerat. Sabbatum est. nõ
licet tibi tollere grabatum tuum. Re
spondit eis. Qui me fecit sa